

daicarum peritissimus explicavit. Eandem sententiam calculo suo *Masore Magna* Auctor ad Cap. V. Gen. v. 29. jamdudum approbavit. Ipsa verba addam, quo Lector B. eo felicius de hoc testimonio judicium ferre possit. *זהו ה' מלך בתרי טעמים בתלשה גדולה וגריש וסי' זה' קרבו' שובו' ולאלה זאת' והקורא יטעים הגריש קוד' התלש' אף על פי שהתלשא גדולה עומרת בראש התיבה קרמה הגרישין בתרא דתלשא וסי' כי תכלה לעשר:*
 H. e. זה hoc: *Sunt quinque voces duobus accentibus signatae, cum Tlischba gedola* $\overset{\circ}{\text{ג}}$ $\overset{\circ}{\text{ר}}$ $\overset{\circ}{\text{ש}}$ $\overset{\circ}{\text{ב}}$ $\overset{\circ}{\text{ל}}$ $\overset{\circ}{\text{א}}$. *Hæc loca sunt Gen. V. 29. Levit. X. 4. קרבו. 2. Reg. XVII. 13. Ezech. XLVIII. 10. ולאלה. Zephan. II, 15. זאת. Et lector cantare debet Gereschum $\overset{\circ}{\text{ג}}$ ante Tlischba Gedola $\overset{\circ}{\text{ג}}$; quamvis Tlischba Gedola $\overset{\circ}{\text{ג}}$ stet in principio. Antecedunt enim Gereschain $\overset{\circ}{\text{ג}}$, & sequitur Tlischba Deut. XXVI. 12. כי לעשר* Ut Masoretarum intentionem evidenter intelligamus, observandum est, eum in consecutione & positu Accentuum teneri ordinem, ut Tlischba Gedola $\overset{\circ}{\text{ג}}$ semper primæ vocis literæ; Gereschain $\overset{\circ}{\text{ג}}$ vero syllabæ tono affectæ imponatur. Cum itaque in voce זה uterque accentus concurrat, necesse est, ut litera $\overset{\circ}{\text{ג}}$ vero $\overset{\circ}{\text{ג}}$ accipiat. Quoniam vero in consecutione Accentuum, quando duæ voces his accentibus notandæ sunt, Tlischba Gedola plerunque sequitur, $\overset{\circ}{\text{ג}}$ vero præcedit quod ex allegato Deut. loco apparet; necesse erat, ut Masoretæ monerent primo loco Gereschain, & deinde Tlischba in lectione exprimendam esse. Quomodo vero duplex in voce Monosyllabica Accentus exprimendus est? nullo certe alio modo, quam vocis flexione vel modulatione.

Alterum argumentorum genus, quo accentuum usus probatur, ab ipsa accentuum consecutione & ordine desumitur. Omnes accentuum interpretes & codicis hebræi lectores observarunt, quod plerique versus in duo membra dividantur, quorum prius Atnacho $\overset{\circ}{\text{א}}$, alterum Silluko $\overset{\circ}{\text{א}}$ signatur. Illam vero vocem, quam Atnachus $\overset{\circ}{\text{א}}$ occupat, maxima in versu pausa pronuntiandam esse, R. Caloniinus in fine libri, quam Grammaticæ R. Balmesii adjecit, docuit: *והוא מושם במקרא, במקום הפסק הענינים הפסק יתר על יתר הפסקים שבפסוק:* h. e. *Atnachus ponitur in Scriptura, in loco ubi sensus pausam requirit, hæc vero pausa est major omnibus pausis, quæ in versiculo sunt.* Sillukum tandem integrum versum claudere idem Caloniinus dixit, hunc accentum *הפסק וסלוק לגרמי* *pausam perfecte versum claudentem* appellans. Ex quo apparet Ebræorum legendi modum quam proxime ad eum accedere, quem in Ecclesiis nostris in Cantico Mariæ aliisque observamus; In quovis enim versu interstitium quoddam est, & in fine clausula finalis, uti ap. Hebræos Atnach $\overset{\circ}{\text{א}}$ & Sillak $\overset{\circ}{\text{א}}$. V.g. post verba: *Meine Seele erhebet den Herrn*, ponitur interstitium & pausa quædam media, post reliqua vero: *und mein Geist freuet sich Gottes meines Heilandes* pausa finalis